

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

65. Quando Pontifex dispensat, vt ante Novitiatus annum emittatur professio, quomodo facienda sit renunciatio bonorum juxta Concilium Trident. sess. 25. c. 16. de Regularibus? Idem dicendum est, si ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

De Dispensationib. Resol. LXV. 217

bus peste infectis; hi enim paucissimi sunt atque ideo
jenit ne dicam prorsus ex tali dispensatione ener-
vata remaneat in foro externo authoritas Iudicium,
quod non accideret in absolutione obtenta viro
Bullæ Cruciate; ut aperie patet, ergo, &c. Itaque ex
omnibus superius dictis concludo posse probabili-
ter sustinere validitatem dispensationis huius ir-
regularitatis; & ideo Domini Episcopi in foro ex-
tero possent, si velint non molestare dictum Sa-
cerdotem, sed relinquere, ut celebret sicuti ab
ipso vixit adhuc factum est, & ita hanc senten-
tiam approbarunt, & manu propriæ firmarunt, Pa-
ter Martinus Esparza Sanctæ Thæologia in Colle-
gio Romano publicus Professor, Pater Torquatus de
Cupis ex eadem Societate Episcoporum Examini-
ator, Magister Ferreri Dominicanus Regens Studiorum Mineræ, & Pater Raphaël Auera Ge-
netalis Clericorum Minorum, omnes viri sapien-
tissimi.

8. Verum his non obstantibus ego consului præ-
fato Sacerdoti; ut pro finali resolutione huius du-
bii pater sacra Congregationem Concilii, ex qua
si forsitan exiret aliqua declaratio contraria iis quæ
supra firmauit, ex nunc pro tunc, tanquam non scripta
esse volo, & declarationi sacrae Congregationis ad-
hæcio, semper enim ego Purpuratorum Parrum res-
ponsa humiliter venerata sum.

AGITVR ETIAM DE

Dispensatione Cu[m]f[ac]tam Irregularitatis in causa Toletana.

In hoc loco §. 1. Suppono illud esse homicidium voluntarium,
quia in se, & formaliter est volitum, &
in directe; & ex proposito intentum, vel in causa ita
propinquia, ut sit mortaliter impossibile illum vel-
le mortem, ita docet Ioannes Præpositus in 3. part.
D. Thomæ quæst. de Irregular. dub. 8. n. 55. Cornejo
in 3. par. tom. 2. tr. 5. de Irregular. q. 6. dub. 1. Lef-
fius in 3. part. 3. de Irregular. n. 21. Emmanuel Sæ verb.
Homicidium n. 4. Capenus in Cuv. Theolog. tom. 2. tr.
25. disp. 3. q. 8. n. 53. Castro Palau tom. 6. disp. 6.
punct. 1. q. 8. aly penes ipsos.

2. Hoc factò fundamento, supponita veritate facti,
affero homicidium de quo est difficultas non esse ho-
micidium voluntarium, sed casuale. Probatur. Nun-
quam habuit animum occidendi, quod aperie patet, nam in prima rixa, aliud non fecit, nisi pug-
nis inimicum cedere, in secunda vero rixa, iterum ab ipso pugnis alteratum est, sed cum Ioannes veller-
scam ab ipso auferre, Petrus tunc dixit, quod se
relinqueret, licet postea ipsum in stomacho vulnerauit.
Vnde apparet homicidium nunquam fuisse à Petro
directe; & per se volitum, sed postea ex occasione,
quod Ioannes veller sciam abripere ab ipso, illum
vulnerauit, fuit itaque ex noua causa, & rixa re-
pente orta tales homicidium perpetratum, ergo
non voluntarium, sed casuale dicendum erit; Et ideo
a certibus in Iudicio interrogatis tale homicidium
casuale examinatione fuit.

3. Nec dubitas dicere Petrum commissum ho-
miciidum dando operam rei illicitæ, ut patet ex verbis
& pugnis precedentibus. Respondeo talen causam
non fuisse proximam, & per se tendentem ad
mortem, & ut talen cognitam, & præsumam, sed
fuisse quidem illicitam, & ideo incursum quidam
irregularitatem homicidij casuale, non autem vo-
luntarii. Addo quod ex Valsquez docet Turrianus de
Censor lib. 9. disp. 63. dub. 1. Homicidium volunta-
rium in causa.

Tom. III.

4. Nec obstat secundò assertio, quod comitare
quis potest ex subita ira, & rixa inopinata homici-
dium voluntarium, libere, & indirec[t]e mortem al-
terius intendendo ergo homicidium Petri voluntarium
& non casuale dicendum erit, nam eius voluntas direc[t]e occidendi, potuit stare cum rixa inopinata orta
cum Ioanne propter sicam. Et ita docet Andreas Men-
do in Bullam Cruciatæ dispe. 37. c. 6. n. 67. & qui instat
multorum est Magister Ioannes de S. Thom. in 2. 2.
D. Thom. q. 6. 4. disp. 19. art. 1. & alij.

5. Respondeo hanc sententiam esse quidem satis
probabilem, sed contrariam, pace sapientissimi viri
Ioannis de Sancto Thoma, vbi supra, non improba-
bilem, ut ipse putat, sed probabilem, & tutam esse
existimo. Et ut talem illam admisi in meis Resolutionibus
Moraliibus part. 2. tral. 15. resol. 19. cum
Perez, Henriquez, Rodriguez Salzedo, Aulla, & Co-
ninchi, viri doctissimi, quibus nunc addo Gasparini
Hurtadum de Irregul. dispe. 2. diff. 20. num. 66. & me
citato Antonellum de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 8.
num. 13. & me citato Marchilinum de Sacram. Ordin-
ni tract. 1. disp. 9. diff. 3. n. 10. & me citato Macha-
dum tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 10. docum. 7. n. 1. vbi
sic assertit. Granes Authores defendunt, que el homici-
dio voluntario de que el Obispo no pueda dispensar
en su irregularidad, no basta, que sea como queria
voluntario, si no que se aya intendido de caso pensado
y animo deliberado de commeterle, por que se a caso se
trouasse la riesga por haverle dicho a alguno algunas
palabras afferosas, o por qualquier otra razon, que
fuese casualmente, y no de caso pensado, aunque el in-
tendido intencion, y voluntad de matar, y se signe le ef-
fecto, no seria homicidio voluntario, si no casual, fundan-
se en las mismas palabras del Concilio, que en una par-
te dizan; Per industrias, & per insidias, id est, non ex
proposito, sed casu. Huc vixque Machadus, & pre-
ter Doctores citatos hanc sententiam docet nouissime
Ioannes de Soria in Epilogi summarum part. 2.
tr. 1. sect. 2. disp. 5. §. circa homicidium. Vide etiam Gi-
balnum de Irregular. c. 5. q. 1. motat. 1. num. 4. in fine
Dicendum est itaque ex omnibus superius Petrum
non incursum irregularitatem homicidij voluntarii,
sed casualis, quia mortem Ioannis nunquam aucte
ab ipso directe, & per se intentam, patet ex dictis, &
licet postea illum vulnerauit ex quo vulnera mors
sequuta est, tamen illa rixa repentina orta fuit, & da-
to quod liberè, & voluntarie tunc illum vulnerasset,
tamen illud homicidium non fuit perpetratum ex
consilio, aut matura deliberatione, sed ex subiecta
ira volitio. Ergo casuale, & dispensabile dicendum
erit, statibus illis verbis Concilij fest. 4. cap. 7. de
Reform. cum coram, qui per insidias, aut per indu-
stria occidere proximum de altai euelli debeat.
Item ex illis: si vero homicidium non ex proposito,
sed casu, &c. Videatur itaque si placuerit Sanctiss. Do-
mino Nostro posse aperire Theatros benignitatis
sue, & super hanc orationis irregularitatem miseri-
corditer ex superiori allatis dispensare, maximè cum
homicidium fuerit multis abhinc annis perpetra-
tum, & pax cum parte aduersa inita sit. Ita sentio sal-
vo aliorum meliori iudicio.

Quæ nunc
est infra in
tr. 3. Ref. 4.
&c.

R E S O L . L X V .

Quando Pontifex dispensat, ut ante Noniūtatis an-
num emittatur professio, quomodo facienda sit re-
nuntiatio bonorum iuxta Concilium Tridentinum
fest. 25. c. 16. de Regularibus.
Idem dicendum est, si minor sit sexdecim annis,
aque ita abbreviaretur tempus professionis, &
iure prescriptum. Ex part. 8. tr. 3. Ref. 23.

T S. 1. Ad

S. I. D^o hunc c^osum ita responder Sanch. in sum-
ma tom. 2. lib. 7. c. 5. num. 83. quod si e^c
contra ex dispensatione Pontificia Nouitius non
sufficiat professorius esset, vel minor sedecim annis,
atque ita abbeccuator tempus Professoris iure pra-
septem, posset aliquis certe sufficere binum anni
ad id professoris tempus renunciationem hanc fieri,
quia dispensatio, quantumvis strictius iuri sit, extendi-
tur ad connexa, vt probauit lib. 8 de Mariana disp. 1.
n. 19. Cum ergo ex hoc decreto, connexum sit profes-
sionis, vt renunciatione fiat bimeti ante illam, dis-
pensatio, vt fiat professio ante legitimam tempus,
extendetur quoque ad hanc renunciationem bimeti
proxima faciendam. Praterea, quia si non posset re-
nunciatione fieri, nisi seruata forma huius decreti, No-
vitius ille nullo tempore posset bonis renuntiari, quia
iam decimo mense erit professus. Sed verius credo
non posse renuntiari bimeti illo ante professionem
sed renunciationem debere fieri proxime professio-
ni, vt codem die, vel praecedenti. Duxor, quod dis-
pensatio non extenditur ad accessoria separabilias, sed
ad necessarias inseparabiliter connexas, vt diximus ea-
dem disp. 1. n. 19. & 20. At non est inseparabiliter
connexus, vt renunciatione fiat integrum bimeti ante
professionem: Tridentinum enim id spatium conce-
dens egit de professio compleatis legitima aera, &
anno nouitius facienda; ergo ea dispensatio non
extenditur ad totum id tempus. Sed quia professio-
ni est annexa facultas disponendi antea de bonis,
viro potest post professionem fieri nequii, dicen-
dum est, dispensationem illam extendi, vt renun-
ciatio fiat ante professionem, et si non seruato om-
nino tempore designato per Tridentinum, quia ser-
uari nequit; erit tamen seruandum in quantum fieri
potest, facta renunciatione proxime professioni;
credendum enim est Pontificem quam minimum
fieri potest voluisse derogare Tridentino, sic enim
seruabitur in quantum fieri potest, matura delibera-
tio ante renunciationem in decreto petita. Hucusque
S. nichil.

2. Sed contraria sententiam tenet Merolla
tom. 2. disp. 4. cap. 6. numer. 30. Quia Decretum
Tridentinum *sess. 25.* de Regular. cap. 15. vbi statui-
tur, non posse Nouitium profiteri ante complemum
annum nouitiatus, est exorbitans, & correctiorum
iuris antiqui, quo i pœcto, potuistere ante fieri pro-
fessio, contentiente Praelato Religionis, & per con-
sequens, dispensatio concessa à Pontifice, ut possit
quis emittere professionem ante finitum tempus no-
vitiatus, confenda est favorabilis; quia reducit ad ius
antiquum, quod est favorabile. At vero dispensatio
favorabilis extenditur etiam ad accessoria, seu con-
nexa separabilia: ergo si Nouitus professorius est
in nono mensi nouitiatus ex dispensatione Ponti-
ficii, poterit renunciacionem bonorum facere roto
bimeti ante id professionis tempus. Et hoc multo
magis procedit, si ea dispensatio efficit concessa cum
claustro, *Motu proprio*, quia nec favorabilis est se-
cundum omnes, & ita extenditur etiam ad accessoria
separabilia.

3. Secundo nam alias gratia, quam facit Pontifex
Nouitio, dispensando cum eo, ut possit emittere
professionem ante tempus ordinarium, ritorquere-
tur in eius odium, contra regulam iur. in 6. Quod
ob gratiam aliquius conceditur, non est in eius di-
spendimus ritorquendum. Pater, hoc quia arcta-
ret illum ad faciendam renunciationem bonorum
ipsorum die professionis, vel paulo ante, & ita pri-
uaret Nouitium libertate, quam alias haberet, fa-
ciendi illam, tota bimestri ante professionem. Et con-
firmatur, nam, quid Concilium concesserit rotum
al bimestre Nouitio ad disponendum de bonis, fuit

In gratiam ipsius, cui non præsumitur Pontifex vel
le derogare, concedendo eam dispensationem. Et
huic opinioni Merollæ ego adhæreo.

RESOL. LXVI.

*An Pontifex possit dispensare in voto solemnis pa-
pertatis, & obedientie.
Et quid de Religioso facto Episcopo? Ex part.8.tr.3.
Ref.100.*

S. I. **N**egatiū responder D. Thomas in 2.2.
quæst. 88. art. 21. unde Sylvius ibidem, in
fine, sic aliter. Quod verò attinet ad solemnia vota
paupertatis, & obedientia Religiofum; similiter
exitimamus illa esse indispensabilia. Nam de voto
quidem paupertatis pate modo loquitur Innocentius
111. sicut de voto castitatis: de voto autem obedienti-
æ idem est iudicium, ut proinde fieri nequeat, quod
Monachus solemniter profilius verum habeat retum
temporalium dominium, seu proprietatem, sitque in
vinculum absolutus ab obligatione, obediens su-
periori, si aliquem habeat. Quare cum illis Religio-
fis, qui sunt Episcopi, non dispensatur, ut possident
aliquid proprium, sed bororum communium dis-
pensatio, seu administratio illis conceditur. Neque
etiam dispensatur super voto obedientiae, quia obe-
dientia respicit statum praelectionis in eo, cui opere
obedire: & idcirco quod ille qui sub Praetato esse defi-
nit, non tenetur alieni obedire, non est ex hoc
quod obligatio voti deficit, ex parte vountis, sed
quia subtrahitur prælatio ex parte eius, cui tenet batu-
re obdere.

2. Sed contrariam sententiam tenet Lessius lib.2.
c.40. dub.14. n.12. Azorius tom.1. lib.12. cap.7. q.2.
Imo Sotus lib.10. de inst.9.5. art.7. ratus, paupertatis
votum non esse tam intrinsecum Religioni, ut casti-
tatis, putat, re ipsa cum Episcopis Monachis dis-
penſatum esse in voto paupertatis; immo etiam numeri
dispensandi, quoties sunt Episcopi, quos putat
portionis sibi debitae vere dominos esse, &c. Et facit
cap. statuum, 18. q.1. vbi dicitur, Statuum est, ut
Monachus, quem electio Canonica a iugo regulae, &
professionis Monachalis abſolut, & sacra ordinatio
de Monacho Episcopum fecit, veluti legitimus ha-
res paternam sibi hereditatem postea iure vendicandi
de potestate habeat. Et hanc opinionem Sotii
ego satis probabilem olim exiſtimauim cum aliis, &
nunc etiam exiſtimo.

3. Et idcō hanc sententiam nouissimē tenet ex Societate I E s v Petrus VVadinus ratiōne de contractis disp. 2. adub. 2. §. 2. n. 6. vbi sic ait: Secunda classis Beneficiariorum sunt Episcopi , de quibus controverteri potest , an quando Monachus , aut alius Religiosus assiluitur ad Episcopatum , liber sit a voto paupertatis , & dominium acquirat ; posseque libere contraetus inire , sicut alij Episcopi non regulares .

4^a Negant quamplurimi , quos citat , & lequitur
Sanchez lib.6. de praecpt. cap.6.n.8. & Henriquez
lib.1.c.32. & 33. & ex professo Suarez tom.4.de Re-
ligionib; c.6.17. & sine dubio multò plures cam te-
nent , quām contrariam.

5. Ascribitur habere dominum iustis in locis; sex professo, autem id agit lib. 10. de Iustin. cap. ultimo, conatusque ostendit. D. Thomam in eadem fidei sententia Anglez. 2. part. quiesciens de 1000, art. 2. Mich. Medina lib. 3. de continepi. Sacerdot. cap. 26. Palacius in 4. dist. 8. dist. 2. Vasquez in 2. dist. 63. cap. 8. & fusius in opuscul. de reddit. cap. 3. dub. 7. Basilius Ponticus lib. 7. de matrimon. cap. 13. num. 9. & Sanchez super*ad* iur. 14. cap. 1.